

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Ex litterarum studiis immortalitatem acquiri. Emblema CXXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Ex litterarum studijs immortalitatem
acquiri.

EMBLEMA CXXXIII.



NEPTVNI tubicen (cuius pars ultima cetum,
AEquoreum facies indicat esse Deum)
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe.

Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama viros animo insignes, praclarasq; gesta
Prosequitur, toto mandat & orbe legi.

COMMENTARI I.

2. **T**RITON Neptuni ex Amphitrite
filius & tubicen, in orbe serpentis cau-
dam mordicus apprehendentis clauditur,
concham suam inflans. Huius autem su-
prema corporis pars vsque ad umbilicum
est hominis, at inferior vsq; ad caudā Del-
phini. Tritonem ita depingit Virgilius 10.
- Aeneid.* vbi de apparatu nautico Mezentij
Hunc vehit immanis Triton, & caerulea
concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hispida
nansi
Frons hominem praefert, in pristina desinit
aluis.

Tritonis
forma.

Spumen

Serpens semifero sub pectore murmurat unda.

Qui diligentius figuram Tritonis exprimerent conati sunt, illi eius capillos apio palustri similes esse dixerunt, cum reliquum corpus exiguis squammis integeretur duritie limæ persimili. Branchias habet paulo inferiores auribus, naresque hominis, cunctus tamen oris esset paulo latior; dentesque pantherarum dentibus persimiles, oculi subglaucci; manus & ungues, & digiti similes sunt testæ conchyliorum; tum pinne sub ventre & sub pectore, sicut visitur in delphinis, ut scriptum est à Sostrato lib. 3. animal. Duos etiam pedes priores æquinos habuisse dicitur, Apollonius 4. Argonaut. ipsi caudam duplicem in Lunæ formam tribuit. Sic enim ipsius versus Latine sonant:

*Par fuerat forma superis humerosque caputq;
Et latera, & partes supremas corporis omnes.*

Inferius sed enim cauda hinc pendebat & illinc

*Immanis ceteri, tum spinis verberat alti
Terga freti, ha Luna similes curuantur in orbem.*

Et tali forma in Lusitaniæ litoribus. Tiberij principatus tempore fuisse conspectum, restatur Plinius lib. 9. cap. 5. De qua eius forma plura Leonicus de var. histor. lib. 2. cap. 84.

II. *Fons Emblematis.* Id petitum apparet ex Macrobio Saturnal. 1. cap. 8. & Oro Apolline. Macrobij hæc sunt verba: Illud non omiserim, ait, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis superpositos, quoniam ab eius commemoratione ad nostram ætatem historia clara & quasi vocalis est: antè verò muta, & obscura, & incognita: quod testatur eadem Tritonum humi meriæ & absconditæ, Id Alciatus ipse Annotationibus in Tacitam sic attigit: Veteres, inquit, in templorum Saturni ianuis imagunculas Tritonum statuebant, non aliam ob causam, quam ut ab eo cepisset, historiam, æternitateque illis debere Deos ostenderent, quorum præconio fuissent celebrati. Ego occultatam veram religionem ante Christum interpretor: quæ post Christi aduentum clarissimo sanctorum Apostolorum præconio ab omnibus Christo Dei filio credentibus celebrata fuit. Orus sic ait libris de

Hieroglyph. Ægyptij mundum significare volentes, serpentem pingunt, suam ipsius caudam deuorantem, distinctum squammis, per quas mundi astra figurant. Et grauisimum quidem hoc animal est, quemadmodum terra. Est etiam lubricum, & in hoc aquæ simile: ac singulo quoque anno pellem unam cum senio exuit, secundum quam rationem, & in mundo annuum tempus mutationem faciès iuuenescit. Quod verò pro cibo corpore suo vitur, significat id, quæcunq; diuina prouidentia generantur in mundo, hæc omnia in eodem diminutionem pati. Vide adagium, *Festina lente*. Refertur hoc figmentum ad memoriam nunquam intermorituram virorum doctorum. Tuba enim facta & commendationis nota est, ut quæ omnibus exaudiat. serpens in se reuolutus annum designat, seu eternitatem, ut apud Ioannem de Sacrobusto in libello de ratione anni annotatum est;

Serpens annus ego sum, Sol sic circumat in quo,

Qui fluxit prius status est nunc temporis ius. Orbem etiam totum circuli figura demonstrari (ut omnes alios omittam) pulcherrime Plinius ostendit lib. 2. Natur. hist. cap. 2. denotat.

NEPTUNI tubicen] Sic construo: Triton Neptuni tubicen, cuius ultima pars, id est, cauda; indicat esse cetum id est, piscem magnum. Et facies, supple indicat esse Deum. Is, inquam, Triton comprehenditur medio orbe serpentis, qui serpens tenet caudam ore inserto mordicus. id est, tenet insertam caudam ori, per hypallagen. Est autem Triton Deus marinus, Neptuni filius, buccinator, & armiger, Vnde Statius lib. 3. Thebaid.

Stat relex obsequio iussa ad Neptunia Tris. Et de eodem lib. 1. Achill. Perfonat autem & circumtonat æquor tuba canora, id est, perforata concha, ciens omnes & excitans, ut Virgilius 1. & 5. Æneid. & Claudianus de nuptijs Honorij & Mart. affirmant. Eius cõcham sic describit Ouidius 1. Metamorph.

*Cæruleum Tritona vocat, conchaq; sonanti
Inspirare iubet, stutiusq; & flumina sigao
Iã renocare dato: canna buccina sumit illi,
Tortilis in latu qua turbine crescit ab imo:
Buccina, qua medio concepit ubi aera ponto,
Littora voce replet sub viroque iacencia*

Phæbo,

Hunc

Serpens in se reuolutus quid.

Circulus orbem.

III.

Triton, Deus marinus.

Buccina Tritonis.



Misenus à Tritone submersus.

Hunc propter æmulationem cantus occidisse Misenum Æneæ tubicinem, refert Virgilius sexto Æneidos his planè verbis: Sed cum fortè caua dum personat aquora concha

Demens, & cantu vocat in vertamina Diuos,

Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est)

Inter saxa virū spumosa immerferat unda.

Cuius pars vltima cotum] qui cauda tenus piscè refert, qui parte inferiore piscis est, superiore Deus. Plutarchus de iside commetario ait: Amphitritem minoresq;

Tritones qui sunt.

Deos marinos, Tritonas dici. Bos descripte vberimè 4. Argonautic, Apollonius.

Esse autem aut fuisse aliquando Tritones qua pinguntur forma, confirmat Plinius loco citato libri 9. cap. 5. Pausanias se Romæ vidisse Tritonem affirmat in Arcadicis. Circumfertur etiam epistola cuiusdam Alexandri Iulioconsulti Neapolitani, in qua mira de Tritonibus leguntur: quædã se vidisse ait, quædã testimonio Theodori Gazæ & Georgij Trapezuntij confirmat.

Qui verò plura de hac re cupit, adæat Siluam variè lectionis, quam vernacula lingua composuit multa eruditione vir Petrus Messias, videatur etiam Gellius lib. 20. cap. 12. Macrobius loco citato, Gyraldus Syntagn. 5. sunt enim prolixiora, quã vt huc atterere habeam necesse.

Serpentis medio] clauditur orbe serpentis, qui quasi mordeat ore caudam, qui referrat annulum rotundam.

Famã viros animo insignes] clari & illustres viri fama nominis immortaliter donantur, eorumq; gesta præclare per totum orbem apud posteros celebrantur. Sic initio panegyrici Maximino & Cõstantino AA. dicti: Equidem scio gaudentium studia nunc ita toto orbe florescere, quacunq; fama vltra naturam, qua fugitur discursio volucris mutata, & plusquam mille vobiscum sonora percrebuit, vt omnium nationum gratulationibus cõsecratur. Sed quos hic vocat viros animos insignes, illi etiam dicuntur eleganti verbo Græco, οὐ πολὺν ἔχει ἄνδρες, ἢ λογιμαί, καὶ ἔνδοξοι, qui de ἀγλαοὶ Homero. Quæ sanè laudatio petitiu] à virtutibus primarijs, fortitudinè, & iustiti]a: quali elogio donati heroes, toto orbe, omninq; posteritate celebrati.

Viri animo insignes.

Quæ referent Muses, viuet, dũ robora tollis, Dum cælũ stellis, dũ vehet annis aquas.

litterarumq; studiosos quosq; fama per totum orbem terrarum, uominèq; perpetuo celebres fieri: & præclare eos, qui sererum maximarum peruestigationi, puta Philosophiæ, aut etiã ingenuis disciplinis dedicãt, facillè, & magna quidem maiestare cæteris hominibus antecire. Quin & per eosdem summorum virorum res fortiter præclareq; gestas immortalitate & memoria sempiterna consignari. Nam docti non solum viui & præfentes studiosos discèdi erudiunt atq; docent, sed hoc idem etiam post mortem litterarum monumentis assequuntur. Tibullus idem significat his verbis:

Doctorum virorum præeminentia.

Quæ referent Muses, viuet, dũ robora tollis, Dum cælũ stellis, dũ vehet annis aquas.

Ouid. 3. Tristium: Singula quid referam? nil non mortale tenemus.

Pectoris exceptis ingenijq; bonis. En ego, cum patria caream, vobisq; domoq; Raptaq; sint, adimi qua posuere mihi: Quilibet hanc sano vitam mihi finiat inje.

Me tamen extincto fama superstes erit. Quò spectat Eudamida illud, qui rogatus, cur Lacedæmonij ad bellum profecturi Musis sacrificarent, cum nullum cum Marte haberent commercium: Vt, inquit, post præclare facta, memoria apud posteros maneat. Pertinent huc arguti & inimitabiles hymni Pindarici, in gratiam eorum scripti, qui victores redierant ex Olympis, Nemeis, Pythijs, Isthmijis: item quæ ab epicis, & tragicis graui descripta charactere, ad res gestas posteris mandandas. Et quò maximè pertinent historicorum monumenta, nisi vt egregè facta à mortalitate vindicent? Et pertinet ad exemplum, bonos & præstantes viros honoribus affici, nec modò dum in viuis sunt, sed etiam fato functos, vt virtuti suæ reddatur præmium, quæ sanè laudata cecidit: & id permultos accendit ad similem virtutem, & facta similia. Virtus enim sola seculis duratura componit. Quod ab arte & fortuna venit, fata in manu habet, tenui filo suspensum: virtutis catena adamantina est, quam Parcarum forfex nõ incidit, quidquid innoxiam hæc aut inuolutum, dura memoria consecratum & posteris. Ostende sis hodie Romane magnificentiæ admiranda illa, quæ fame dedicauit ambitiosa antiquitas, atque, trophæa, columnas

Spartani cur Muses bella sacrificabant.

Sola virtus aeterni tati cõsecrat.

IV. orbe, omninq; posteritate celebrati. H A C pictura ostenditur, doctissimos,

columnas, porticus, theatra, amphitheatra, naumachias, nymphæa, palatia, thermas, curcos, pontes, vias, portas, colossos, statuas, alylon, Capitolium, Augustorum sepulchra, pyramides, obeliscos, talia innumera; lucerna indigeas claræ die scintillæ vestigiij: in ingluuiem descenderit vetustatis decurantis omnia, nec nisi nomine solo in orbe amplius. Quære virtutis & ingenij monumeta, facta illustrium Herouum præclara & insignia, res viriliter & animosè, constanter & intrepido animo paratas, tãquam in primo flore adhuc sunt, vigent, viuunt, intacta ab obliuionis falce: fortitudo enim & magnanimitas pepererunt æternam prole. Da sapientiæ antistes, omnium manibus adhuc tetumut, velut recens nata, eorum opera, vicenis tricenisque, seculis euolutis. Nunquam exiccatur elyphinium huius lampadis, quam virtus accendit viuaci flamma, pingui succo nutritum crescentis gloriæ, quæ & ipsa penè immortalis à bona stirpe, sanctus aut merces virtutis; solida enim radice ascendit in perfectum robur, quod sit par sustinendis æui iniurijs, nec metuat famem temporis, cuius dens comminuit, cuius ventres, deglucit vniuersa. Magnum solatium est homini, propagandi nominis secundum merita præuifa spes, si superstes aliquid post ossa relinquar in terris, quod breuis vna nõ potest capere. Beatum huic pronuaciam, cuius mors ita cognita, vt viuere cum primis verè incipiat, cum sepulchrali lapide prefusus, ex oculis in memoriam transijt honorifico & spiritanti præconio. Quis ardorem in laterna caudalam rectam dixerit, dum circumfusam lacem rebus comunicat? Tale sepulchrum laudati viri; opertum & ex abdito lucet, marmor non capit nec aggestus terre, quin exiliant honoris scintillæ & diffusant se. Inglorius iacet, quem nudum ab hoc virtutum comitatu flagitia sequuntur, & vel obliuio excipit, vel nobilitat ignominia, exemplam & scandalum seculi. O quam malicis & ipse tales in litura & silentio esse sua nomina? Inter viuos sunt, sed in turbida nocte, velut spectra quedam ac lemures, vt restant & of-

ferendæ. Nemo mihi hic famam nominet, sed plurimum ætatum consecuta testatur de decus: nemo statuem erigat his talibus, aut vexillum suscipiat in templo honoris; velut infamem furcam in trivio aspicias, vbi dantur execrationis & publici odij delectanda monimenta. Non indiget virtus aduicatio aliquo & externo fulcro perpetuandæ gloriæ, propria mole se sustinet ac probat seris nepotibus, admiratione sui in omnium animis concitata atq; æmulandi studio. Paucis contingit hæc sollicitas hodie, dum aduersa via quilibet graditur, quæ non ducit ad sacrum illud & augustum Euphymie delabrum. Vis dicã quæ causa sit? At vereor, ne veritas odij pariat: dicã tamen. Christus reuocat, speciosa illa meretrix cum perã sua talentis grauida. *Auor di-*
Sequuntur plerique; ò quã prompti, ò quam *nitiarum*
proni. Trahit auri fulgor qui tamen si *multos à*
cut lignum scintillans noctu. Solem non *virtute*
fert, exile enim quippiã fouet in se patri *auocet.*
di humoris, quod maiori igne tactum euanescit. Et in metallo quid aliud? Retunditur splendor virtutis præsentia, cuius magna & æterna quedam lux est. Nãquam vidisti iucundum illud puerorum ludentiũ spectaculũ, cum raso smegmate aut sæuo impinguant pauillũ aquæ vasculo infusum, & ex eo modicum quid attractũ culmo distillates, in ingentes sepe globos, distudente se lentore lubricæ & viscosæ materiæ, siue arte & labore tornant? Vt colorẽ mētiantur volitantes illæ bullæ, & purpureũ cum viridi atq; aureo miscent? vt vitreum quid & cristallo simile referunt? Celestes orbiculos dicas, ni desint stellæ. Sed crepant repente sub manu fingentis, spiritum nimium intendente. Atqui vbi rupturæ signum? vbi imago sic eleganter conflatã? da vestigium, ostende locum, fragmenta collige. Fuerunt: vnum hoc tenes. Cõsidera istos argyrophilos, nonne similes augas exerceant? Ventosis occupantur, & in vacuo suspendunt suas delicias, forma & colore decepti, quæ fallaci ludibrio dum tractantur, fugiunt. Sola virtus in æternitatis templo trophæa figit.

Gloria
virtutis
merces.

Ignominia
virtutum
præ-
mium.